



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor vitalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

profusissimi in donis Gratia? In ordine Natura
 Esse, vegetari, sentire, intelligere: in ordine
 naturali, Gratiam, Gloriam, Divinitatem unum
 manitati in Christo, & Christum ipsum in Sacramen-
 to. *Quid retribuam Domino, pro omni
 qua retribuit mihi? Donat mihi summum, quod
 in Natura, Intelligere: & summum in Gratia, quod
 Christus. Quid retribuam Domino? quomodo
 ero? quid potero ei rependere?*

Gratias agite pro nobis vos Angeli Beati, tanta
 tantam beneficentiam, & exaltando eam in secula.
 tias age pro nobis, tu Regina Angelorum, Sanctissima
 Trinitati, *Quia fecit nobiscum misericordiam suam.*
 tias age pro nobis tu, sanctissima & Beatissima Huma-
 ritas Christi, quia per te, & per merita tua, tanta
 bona largitur.

Exulta, anima mea, in benedictionibus Domini
 jubila cor meum, in memoria tantorum benefici-
 redde tuo Benefactori te totam: redde illi in corde
 in cogitatione infinita Bonitatis: redde illi in memoria
 in continua recordatione beneficiorum suorum, &
 ei linguam in continuis laudibus: redde illi in opere
 manum, in benefaciendo semper proximo tuo, in
 sua Divina Majestatis.

CONSIDERATIO XV.

AMOR DEI,

Amor vitalis.

Anima creata à DEO ad finem supernaturalis
 non solum dat vitam, sed etiam accipit vitam à Deo. Sed & quomodo
 differt ea, quam dat, ab illa, quam accipit? Dat vitam
 naturalem, accipit supernaturalem: dat humanam, accipit
 cipit vitam divinam: dat miseram, accipit beatam.

ita, quam dat anima corpori, tantum est vita,
 ratis bonis. Non est vita opulenta, non honorata,
 pœcunda: nam divitias, honores, voluptates
 acquirat. Sed vita, quam accipit anima à Deo,
 est tantum vita, sed etiam causa omnium bonorum.
 Vita cum pulata omnibus divitiis cœli & terræ: vita
 ornata omnibus honoribus, divinis, & humanis: est
 vita affluens omnibus deliciis, terrenis ac cœlestibus.
 Vita, quæ verè es vita! in te vivitur memoria re-
 cordatione Dei: vivit intellectus consideratione Dei:
 vivit voluntas amore Dei. Tu es verè aura vitalis
 amoris, per quam anima spirat, ac aspirat ad Deum

Sed ô stulticia, ô cœcitas hominis! Pluris facit
 vitam, quam dat, eâ, quam accipit. Tota
 occupatur in animando corpore, dando illi vitam ple-
 nam miseris, quæ mox rectius mors dicitur, quam
 vita: & obliviscitur, neque curat accipere vitam à Deo,
 quæ vera & sola est vita, causa cunctorum bonorum.
 Vivam ergo cum S Augustino; *Moriar, ut vivam*; de-
 neque vitam corporis, ut vivam vitam Dei!

CONSIDERATIO

XVI.

AMOR DEI,

Anima Anima,

Quid aliud, extra Christum, potest esse anima ani-
 mæ nostræ? *Christus vita nostra*, dicit Apostolus,
 per suam gratiam, & claritatem vivificat animam,
 sicut illi Esse & operari superhumanum, & supernatu-
 rale. Sicut *vita corporis anima est*, sic *vita anima Deus est*,
 dicit Augustinus.

O Christe, ô Vita! Per te ego vivo: sine te sum
 mortuus. Vivit in te anima mea vitam divinam, vitam
 cognitionis, vitam amoris: sed cognitionis, & amoris

D s non